mo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet: et alterum diliget: aut unum sustinebit: et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mamone. Ideo dico uobis: ne solliciti sitis aiabus uris quid manducetis: neq; corpi quid induamini. Nonne aia plus est quam esca: et corpus quam uestimentum? Respicite uolatilia celi: quoniam non seminant neq; metunt neq; congregant in horrea: et pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Et de uestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neq; nent. Dico autem uobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuit sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est: et cras in clibanum mittitur: deus sic uestit: quanto magis uos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia horum omnium indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adicientur uobis. Nolite ergo esse solliciti in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua. Et nolite iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini: et in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui: et trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo: sine eiciam festucam de oculo tuo: et ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita: eice primum trabem de oculo tuo: et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis: et conuersi dirumpant uos. Petite et dabitur uobis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo quem si petierit filius suus panem: numquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris: quanto magis pater uester de celo dabit bona petentibus se? Omnia ergo quecunq; uultis ut faciant uobis homines: et uos facite illis. Hec est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam: quia lata porta et spatiosa uia est que ducit ad perditionem: et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta uia est que ducit ad uitam: et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die: domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquam noui uos: discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec et facit ea similabo eum uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit uerba mea hec et non facit ea similis erit uiro stulto qui edificauit domum suam supra arenam. Et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihs uerba hec: mouebantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei. Cum autem descendisset de monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus uenit et adorabat eum dicens: domine si uis potes me mundare. Et extendens ihs manum tetigit eum dicens: uolo mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi ihs: uide nemini dixeris sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens: domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi ihs: ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio ait: domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic: uade et uadit: et alii: ueni et uenit: et seruo meo: fac hoc et facit. Audiens autem ihs mirabatur et sequentibus se dixit: amen dico uobis apud nullum tantam fidem inueni in israel. Dico autem uobis quod multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et isaac et iacob in regno celorum: filii autem regni eicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit centurioni: uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanata est puer in hora illa. Et cum uenisset ihs in domum petri: uidit socrum eius iacentem et febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surrexit et ministrabat illi. Et cum uespere factum esset: obtulerunt ei multos demoniacos et eiciebat spiritus uerbo et omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem: ipse infirmitates nostras accepit et egritudines portauit. Et uidens ihs turbas multas circa se: iussit ire trans fretum. Et accessit unus scriba et ait illi: magister sequar te quocunq; ieris. Et ait illi ihs: uulpes foueas habent et uolucres celi tabernacula habitationis filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi: domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihs autem ait illi: sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctibus ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum et suscitauerunt eum dicentes: domine saluum nos fac perimus. Et dicit eis ihs: quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari et facta est tranquillitas magna. Homines autem mirati sunt dicentes: qualis est hic quia et uenti et mare obediunt ei? Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes: sedentes in tenebris et in umbra mortis: ita ut uia nemo posset transire per illum. Et ecce clamauerunt dicentes: quid nobis et tibi ihu fili dei? Ad hoc uenisti ante tempus torquere nos? Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes: si eicis nos hinc: mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: ite. Illi autem exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit omnis grex per precipitium in mare et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt et abeuntes in ciuitatem nunciauerunt omnia et illorum qui demonia habebant. Et ecce omnis ciuitas exiit obuiam ihu et cum uidissent eum rogauerunt ut transiret a finibus eorum. Et ascendens ihs in nauiculam transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem paralyticum iacentem in lecto. Et uidens ihs fidem illorum ait paralytico: confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: hic blasphemat. Et cum uidisset ihs cogitationes eorum dixit: ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata aut dicere: surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico: surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Uidentes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transisset ihs inde uidit hominem sedentem in telonio matheum nomine et ait illi: sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: et ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihu et discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius: quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? Ihs autem audiens ait: non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Euntes autem discite quid est: misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim uenio uocare iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes: quare nos et pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis ihs: numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt. Nemo autem committit figmentum nouum in uestimento ueteri: tollit enim plenitudinem eius a uestimento et peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres alioquin rumpuntur utres et uinum effunditur et utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittendum est et utraque conseruantur. Hec illo loquente ad illos ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens: quia filia mea modo defuncta est sed ueni et impone manum tuam super eam et uiuet. Et surgens ihs sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: si tetigero tantum uestimentum eius salua ero. At ihs conuersus et uidens eam dixit: confide filia fides tua te saluam fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum uenisset ihs in domum principis et uidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat: recedite non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta fuisset turba: uenit et tenuit manum eius et surrexit puella. Et exiit fama hec in uniuersam terram illam. Et transeunti inde ihu secuti sunt duo ceci clamantes et dicentes: miserere nostri fili dauid. Cum autem uenisset domum accesserunt ad eum ceci et dicit eis ihs: creditis quia hoc possum facere? Dicunt ei: utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum et comminatus est illis ihs dicens: uidete ne quis sciat. At illi exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Hec illis exeuntibus ecce obtulerunt ei hominem mutum demoniacum. Et ejecto demonio locutus est mutus et admirate sunt turbe dicentes: numquam apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant: in principe demoniorum eicit demonia. Et circuibat ihs ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis quia erant uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc ait discipulis suis: messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. Nomina autem duodecim apostolorum sunt hec. Primus simon qui dicitur petrus et andreas frater eius. Iacobus zebedei et iohannes frater eius. Philippus et bartholomeus. Thomas et matheus publicanus. Iacobus alphei et lebeus qui cognominatus est thadeus. Simon chananeus et iudas iscariotes qui et traditor fuit eius. Hos duodecim misit ihs precipiens eis dicens: in uiam gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. Sed ite potius ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate mundate leprosos demonia eicite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris non peram in uiam neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis requirite quis in ea dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum salutate eam dicentes: pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna ueniat pax uestra super eam. Si autem non fuerit digna pax uestra ad uos reuertatur. Et quicunq; non receperit uos neque audierit sermones uestros exeuntes foras de domo uel de ciuitate illa excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam ciuitati illi. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in consiliis suis et in synagogis suis flagellabunt uos. Et ante presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis uos qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Cum autem persecuti fuerint uos in ciuitate hac fugite in aliam. Amen enim dico uobis non consummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius et seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt quanto magis domesticos eius. Nolite ergo timere eos. Nichil enim est opertum quod non reuelabitur et occultum quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Timete autem magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse ueneunt et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est. Nolite putare quoniam ueni pacem mittere in terram non ueni pacem mittere sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus et qui amat filium aut filiam plus quam me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet eam et qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Qui recipit uos me recipit et qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli amen dico uobis non perdet mercedem suam. Et factum est cum consummasset ihs precipiens duodecim discipulis suis transiit inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem audiens in uinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi: tu es qui uenturus es an alium expectamus? Et respondens ihs dixit eis: euntes renunciate iohanni que audistis et uidistis. Ceci uident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit ihs dicere ad turbas de iohanne: quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque nunc regnum celorum uim patitur et uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex usque iohannes prophetauerunt. Et si uultis recipere ipse est helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem estimabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro et clamantibus uicissim sociis suis et dicentibus: cantauimus uobis tibia et non saltastis lamentauimus et non planxistis. Uenit enim iohannes neque manducans neque bibens et dicunt: demonium habet. Uenit filius hominis manducans et bibens et dicunt: ecce homo deuorator et potator uini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius quia non egissent penitentiam. Ue tibi corozain ue tibi bethsaida quia si in tyro et sidone facte essent uirtutes que facte sunt in uobis olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Uerumtamen dico uobis tyro et sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum numquid usque in celum exaltaberis usque in infernum descendes. Quia si in sodomis facte essent uirtutes que facte sunt in te forsitan remansissent usque in hodiernum diem. Uerumtamen dico uobis quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens ihs dixit: confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue. In illo tempore ambulauit ihs die sabbati per sata et discipuli eius esurientes cepere uellere spicas et manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ei: ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbato. Qui ait illis: nonne legistis quid fecerit dauid quando esuriit ipse et qui cum illo erant quomodo intrauit in domum dei et panes propositionis manducauerunt quod non licebat ei manducare neque his qui cum illo erant sed solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo sabbatum uiolant et sine crimine sunt? Dico autem uobis quia templo maius hic est. Si autem scissetis quid est: misericordiam uolo et non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. Et cum inde transisset uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam et interrogauerunt eum dicentes: si licet sabbatis curare? Ut accusarent eum. Qui ait illis: quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam et si ceciderit hec sabbatis nonne tenebit et leuabit eam? Quanto magis melior est homo ouis igitur licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: extende manum tuam. Et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium faciebant aduersus eum quemadmodum illum perderent. Ihs autem sciens secessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et comminatus est eis ne manifestum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem: ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus annunciabit. Non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non conteret et linum fumigans non extinguet donec eiciat ad uictoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demoniacus cecus et mutus et curauit eum ita ut cecus loqueretur et uideret. Et stupebant omnes turbe et dicebant: numquid hic est filius dauid? Pharisei autem audientes dixerunt: hic non eicit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum. Et cum uidisset ihs cogitationes eorum dixit eis: omne regnum diuisum contra se desolabitur et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eicit contra se diuisus est quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in beelzebub eicio filii uestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei eicio demonia profecto peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et uasa eius diripere nisi prius fortem alligauerit et tunc domum eius diripiet? Qui non est mecum contra me est et qui non colligit mecum spargit. Ideo dico uobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum. De fructu enim arboris fructus cognoscitur. Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis quod omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt quidam de scribis et pharisei dicentes: magister uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis: generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cum generatione hac et condemnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione ione et ecce plus quam ione hic. Regina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius et condemnabit eos quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis et ecce plus quam salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inuenit. Tunc dicit: reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit inuenit eam uacantem scopis mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se et ingressi habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic nequam. Adhuc illo loquente ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem quidam ei: ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi ait: quis est mater mea et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: ecce mater mea et fratres mei. Quicunq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. In illo die exiens ihs de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauiculam ascendens sederet et omnis turba stabat in litore. Et locutus est eis multa in parabolis dicens: ecce exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat quedam ceciderunt secus uiam et uenerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem cecidit in petrosa ubi non habebant terram multam et continuo exorta sunt quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto estuauerunt et quia radicem non habebant aruerunt. Et alia cecidit inter spinas et ascenderunt spine et suffocauerunt ea. Alia autem cecidit in terram bonam et dabat fructum aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei: quare in parabolis loqueris eis? Ille autem respondens ait illis: quia uobis datum est nosse misteria regni celorum illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit qui autem non habet et quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis quia uidentes non uident et audientes non audiunt neque intelligunt. Et adimplebitur in eis profetia ysaie dicentis: auditu audietis et non intelligetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt nequando uideant oculis et auribus audiant et corde intelligant et conuertantur et sanem eos. Uestri autem beati oculi quia uident et aures uestre quia audiunt. Amen enim dico uobis quia multi prophete et iusti desiderauerunt uidere que uos uidetis et non uiderunt et audire que audiuistis et non audierunt. Uos ergo audite parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum regni et non intelligens: uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui in uia seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est hic est qui uerbum audit et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem radicem in se sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter uerbum continuo scandalizatur. Et qui in spinis seminatus est hic est qui uerbum audit et sollicitudo seculi huius et fallacia diuitiarum suffocat uerbum et sine fructu efficitur. Qui autem in bonam terram seminatus est hic est qui audit uerbum et intelligit et fructum affert et facit alius centesimum alius sexagesimum alius tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens: simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines uenit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: uis imperemus ut eamus et colligamus ea? Et ait illis: non. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad comburendum triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit illis dicens: simile est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus cum autem creuerit maius est omnibus holeribus et fit arbor ita ut uolucres celi ueniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tribus donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas et sine parabola non loquebatur eis. Ut adimpleretur quod dictum est per profetam dicentem: aperiam in parabolis os meum eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis uenit in domum et accesserunt discipuli eius dicentes: edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis: qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur ita erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit et prae gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abiit uendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia dicit eis ihs. Ait illis: etiam. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et uetera. Et factum est cum consummasset ihs parabolas has transtulit se inde. Et ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent: unde huic sapientia hec et uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur maria et fratres eius iacobus et ioseph et simon et iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic hec omnia? Et scandalizabantur in eo. Ihs autem dixit eis: quia non est profeta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem eorum. In illo tempore audiuit herodes tetrarcha famam ihu et ait pueris suis: hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et propterea uirtutes operantur in illo. Herodes enim tenuit iohannem et uinctum posuit in carcere propter herodiadem uxorem philippi fratris sui. Dicebat enim iohannes illi: non licet tibi habere eam. Et cum uellet illum occidere timuit populum quia sicut prophetam eum habebant. Natalicia autem herodis celebrantibus filie herodiadis saltauit in medio et placuit herodi unde cum iuramento confessus est ei dare quodcunq; petisset. Illa autem ante instructa a matre sua ait: da mihi hic in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus rex propter iusiurandum et eos qui simul recumbebant iussit reddi et misit decollauit iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco et datum puelle et attulit matri sue. Et accesserunt discipuli eius et tulerunt corpus et sepelierunt illud et uenientes nunciauerunt ihu. Audiens autem ihs secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum et turbe audientes secute sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam et misertus est eis et curauit infirmos eorum. Cum autem sero factum esset accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: desertus est locus et hora iam preterit dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Ihs autem dixit illis: non habent necesse ire date illis uos manducare. Respondentes autem ei dicunt: non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Qui ait illis: afferte mihi hic illos. Et cum iussisset turbas discumbere super fenum accepit quinque panes et duos pisces et respiciens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis panes discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt et quod superauit de fragmentis tulerunt duodecim cofinos plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus et paruulis. Et statim compulit ihs discipulos suos ascendere nauiculam et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissis turbis ascendit in montem seorsum orare. Uespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus erat enim contraria uentis. Quarta autem uigilia noctis abiit ad eos ihs ambulans super mare. Et uidentes eum discipuli ambulantem super mare turbati sunt dicentes quia phantasma est et prae timore clamauerunt. Et continuo ihs locutus est eis dicens: confidite ego sum nolite timere. Respondens autem petrus dixit: domine si tu es iube me ad te uenire super aquas. Qui ait: ueni. Et descendens petrus de nauicula ambulauit super aquas ut ueniret ad ihm. Uidens autem uentum ualidum timuit et cum cepisset mergi clamauit dicens: domine saluum me fac. Et continuo ihs extendens manum suam tenuit eum et ait illi: modice fidei quare dubitasti? Et ascendentibus eis in nauiculam cessauit uentus. Et uenientes in terram genesar conuenerunt uiri loci illius et circumquaque miserunt in uniuersam regionem illam et obtulerunt ei omnes male habentes et deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent et quicunq; tetigerunt sanati sunt. Tunc accesserunt ad ihm scribe et pharisei de ierosolimis dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis: quare et uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Deus enim dixit: honora patrem et matrem et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Uos autem dicitis: quicunq; dixerit patri uel matri munus quod cunq; ex me tibi fuerit profuturum et non honorificauerit patrem suum aut matrem irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Hypocrite bene prophetauit de uobis ysaias dicens: populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Et conuocata turba dixit eis: audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: scis quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt? Ipse autem respondens ait: omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos duces sunt cecorum. Cecus autem si cecum ducat ambo in foueam cadent. Respondens autem petrus dixit ei: edissere nobis parabolam istam. Ihs autem dixit: adhuc et uos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit et in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa testimonia blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus inde ihs secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis exiit et clamauit dicens: miserere mei domine fili dauid filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Mulier autem uenit et adorauit eum dicens: domine adiuua me. Qui respondens ait: non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Illa autem dixit: etiam domine nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc ihs respondens ait illi: o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset ihs inde uenit secus mare galilee et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos claudos debiles cecos et alios multos et proiecerunt eos ad pedes eius et curauit eos. Ita ut turba mirarentur uidentes mutos loquentes debiles sanos claudos ambulantes et cecos uidentes et magnificabant deum israel. Ihs autem conuocatis discipulis suis ait: misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent et dimittere eos ieiunos nolo ne forte deficiant in uia. Et discipuli dicunt ei: unde nobis in deserto tanta panes ut saturemus turbam tantam? Et ait illis ihs: quot panes habetis? At illi dixerunt: septem et pauca pisciculi. Et precepit turbe ut discumberet super terram. Et accepit septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt et quod superauit de fragmentis eorum tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantes quatuor milia hominum exceptis paruulis et mulieribus. Et dimissis turbis ascendit in nauiculam et uenit in fines magedan. Et accesserunt pharisei et sadducei temptantes et rogauerunt eum ut signum de celo ostenderet illis. At ille respondens ait illis: facta serena rubicundum est enim celum et mane hodie tempestas rubicundum et triste est enim celum. Faciem ergo celi dijudicare nostis signa autem temporum non potestis scire? Generatio

Unicuq; secundum propriã
uirtutẽ: et profectus ẽ statim.
Abijt autem qui quinq; talẽ
ta accepat: et operatus ẽ in eis
et lucratus ẽ alia quinq; Simi
liter: q; duo accepat: lucrat
ẽ alia duo. Qui autẽ unum
accepat: abiens fodit in terra
et abscondit pecuniam dñi
sui. Post multum uẽ tpis
uenit dominus seruorum illo
rum: et ponit rationẽ cũ
eis. Et accedens qui quinq;
talenta accepat: obtulit alia
quinq; talenta dicẽs. Do
mine quinq; talenta tradidi
sti mihi: ecce alia quinq; sup
lucratus sum. Ait illi dñs ei⁹
Euge serue bone et fidelis: qa
sup pauca fuisti fidelis: sup
multa te constituam: intra in
gaudium domini tui. Accessit autẽ et qui duo talenta
accepat: et ait. Dñe duo ta
lenta tradidisti mihi ecce
alia duo lucratus sum. Ait
illi dominus eius. Euge ser
ue bone et fidelis: quia supẽ
pauca fuisti fidelis: supẽ mul
ta te constituam. Intra in gau

dium domini tui. fm lucam.

In illo tpe. Dixit dñs. Si
mile erit regnum celorum
decem uirginibus: que accepe
runt lucernas: exierunt obui
am sponso et sponse. Quinq;
autem ex eis erant fatue: et
quinq; prudentes. Sed quin
que fatue acceptis lucernis
non sumpserunt oleum se
cum. Prudentes uero acce
perunt oleum in uasis suis
cum lucernis. Moram fa
ciente sponso: dormitauerunt
omnes et dormierunt. Me
dia autem nocte clamor fac
tus est. Ecce sponsus uenit:
exite obuiam ei. Tunc surre
xerunt omnes uirgines illę:
et ornauerunt lucernas suas.
Fatue autem sapientibus dixe
runt. Date nobis de oleo ue
stro: quia lucerne nostre ex
tinguuntur. Respondentes
autem prudentes dixerunt.
Ne forte non sufficiat nobis
et uobis: ite potius ad uen
dentes et emite uobis. Dum
autem irent emere: uenit
sponsus. Et que parate erant
intrauerunt cum eo ad nu
cias. Et clausa est janua.
Novissime autem ueniunt et
reliquę uirgines dicentes.
Domine domine aperi nobis.
At ille respondens ait. Amen
dico uobis: nescio uos. Vigi
late itaq; quia nescitis diem
neq; horam. fm lucam.

In illo tpe. Dixit dñs. Si
mile est regnum celorum ho
mini proficiscenti in peregri
nationem: qui uocauit ser
uos suos et tradidit illis bo
na sua. Et uni dedit quinq;
talenta: alii autem duo: alii
uero unum: unicuiq; secun
dum propriam uirtutem: et
profectus est statim. Abijt
autem qui quinq; talenta
accepat: et operatus est in eis
et lucratus est alia quinq;
talenta. Similiter et qui duo
accepat: lucratus est alia duo.
Qui autem unum accepat:
abiens fodit in terra et abs
condit pecuniam domini sui.
Post multum uero tpis uenit
dominus seruorum illorum:
et posuit rationem cum eis.
Et accedens qui quinq; ta
lenta accepat: obtulit alia
quinq; talenta dicens. Do
mine quinq; talenta tradidi
sti mihi: ecce alia quinq; lu
cratus sum. Ait illi dominus
eius. Euge serue bone et fi
delis: quia super pauca fuisti
fidelis: super multa te con
stituam. Intra in gaudium

ē oculus tuus. Si oculus tu
us simplex fuēit: totū corp̄
tuum lucidum ēit. Si autē
nequam fuēit: etiam corp̄s
tuum tenebrosum ēit. Vide
ergo: ne lumē qđ inte ē te
nebre sint. Si ergo corpus t
tuum totum lucidum fuēat
nō habens aliquam partē
tenebrarum: erit lucidū to
tum. Et sicut lucerna fulgo
ris illuminabit te. Secūdū

IN illo tp̄r. Dixit ihc̄ mācum
ibs discipulis suis. Ui
dete: uigilate. et orate. Nesci
tis enim: quando tēpus sit.
Sicut homo qui peregre pro
fectus est. reliquit domum
suam: et dedit fabus suis pote
statem cuiusq; opis. et iam
tori precepit ut uigilet. Ui
gilate ergo. nescitis ēim qn
dominus domus uēiat: sero
an media nocte. an gallicā
tu. an mane. ne cum uenēat
repente. inueniat uos dōmi
entes. Quod autē uob̄ dico.
oīb̄ dico. uigilate. ſz lucaz.

IN illo tp̄r. Dixit i. d. s.
Nolite timere pusillū
grex: quia cplacuit pat̄ ue
stro dare uob̄ regnum. Ven
dite que possidetis. et date
helemosinam. Facite uobis
sacculos qui nō ueterescāt
thesaurum nō deficiētē i cel'
quo fur nō approiat: neq;
tinea corrumpit. Vbi ēim ē
thesaurus ur̄: ibi et cor uīm
erit. Secundum Lucam.

IN illo tp̄r. Dixit ihc̄ ad
discipulis suis. parabolā
hanc. Homo quidam nobil'
abijt in regiōem longinquā
accipere sibi regnum et reuer
ti. Vocatis autē decem seruis
suis: dedit illis decem mnas
et ait ad illos. Negotiamini
dum uenio. Ciues autē eius
oderant illum. et miserunt
legatiōem post illum dicen
tes. Nolumus hunc regnare
super nos. Et factum ē ut re
diret accepto regno. iussit
uocari suos quibus dedit pe
cuniam. ut sciret quantus
quisq; negotiatus esset. Venit
autē primus. dicens. Domi
ne: mna tua decē mnas ac
quisiuit. Et ait illi. Euge se

ue bone. quia in modico fui
sti fidelis. eis potestate hic
super decem ciuitates. Et al
ter uenit. dicens. Domine.
mna tua fecit quinq; mnas.
Et huic ait. Et tu esto super
quinq; ciuitates. Et tercius ue
nit. dicens. Dñe. ecce mna
tua quam habui repositam
in sudario. Timui enim te.
quia homo austerus es. toll'
q̃ nõ posuisti. et metis q̃ nõ
seminasti. Dicat tibi ex ore
tuo te iudico. serue nequaz.
Sciebas quia ego austerus
homo sum. tollens q̃ non
posui. et metens q̃ nõ se
minaui. Et quare nõ dedisti
pecuniam meam ad mensam.
et ego ueniens utiq; cũ usu
ris exegissẽ illam. Et astã
tibus dixit. Auferte ab illo
mnam. et date illi qui decẽ
mnas hꝫ. Et dixerunt ei. Do
mine. hꝫ decem mnas. Di
co autẽ uob̃. quia omni ha
benti dabitur. et habundabi.
Ab eo autẽ qui nõ hꝫ. et q̃ cõ
hꝫ. auferetur ab eo. Quarta dñi
Ecce nos reliquimus omnia

Dñe. S. in comuñ aplorũ. offi.
Inuenit dauid seruum meum oleo
sancto unxi cum manus enim
mea auxiliabitur ei. et brachiũ
meũ confortabit eum. offi. Veritas
mea et mia mea cum ipo et in no
mine meo exaltabitur cornu eius
offi. Justus ut palma florebit si
cut cedrus que in libano ẽ multi
plicabitur. offi. Inuitute tua do
mine letabitur iustus et sup sa
lutare tuum exultabit uehemẽ
ter desiderium aiẽ eius tribuisti
ei. cõm. Bts seruus quẽ cum ue
nerit dominus inuenerit uigilan
tem. amen dico uob̃ sup omnia bo
na sua constituet eum. cõm. Dñe
quinq; talenta tradidisti mihi ec
ce alia quinq; sup lucratus sum.
Euge serue fidelis quia in pauca
fuisti fidelis supra multa te con
stituam intra in gaudium dñi
tui. cõm. fidelis seruus et prudẽs
quem constituit dominus supẽ fa
miliam suam ut det illis in tpe
tritica mensuram. cõm. Semel iu
rauit in sancto meo semen eius in
etnum manebit et sedes eius si
cut sol in conspectu meo et sic luna
perfecta in etnum et testis in celo fidel'

com. Amen dico uob q uos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et uitam eternam possidebitis. In natalu uirg ofessoris no pontifcis.

Introitus.

Justi meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium legr dei eius in corde ipius. ℣. Noli emulari in malignantibus neq; çelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri et. Introitus.

Justus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ℣. Bonum ē confitari domino et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gia. oro.

Deus qui nos bti. n. ofessoris tui annua sollemnitate letificas. cede propitius. ut cuius natalitia colimus. etiam actiões imitemur. Audis tue do ℣. sec. mune hostias immolamus in tuorum omniū sanctorū. quibus nos et ꝑsentibus exui malis ofirmus et futuris. ℣. ꝑt. comi. Refecti cibo potuq; celesti deus noster te supplices exoramus. ut inter hec omemoratiõe prepuntiamur q̃ ꝑcibus ꝑ Deo dono alia. oro. ne supplicationibus nris. quas in bti. n. ofessoris tui sollemnitate deferimus. ut qui nre iustitie fiducia non habemus. eius qui ꝑ placaut precibus adiuuem. ꝑ Da nob quesum. sec. omnips deus. ut nre humilitatis oblatio. et pro tuorum tibi grata sit honore sanctor. et nos corpore pariꝫ et mente puificet. ℣. ꝑt. cor. Deus omnipotes deus. ut qui celestia alimenta ꝑcepimus. q̃ intercedente bto. n. ofessore tuo ꝑ hec ota omnia aduersa mundi mamur ꝑ. Alia oro si fuerit Protector noster aspice deus. et respice super nos. et ostende faciem christi tui. et saluabimur. Omnipotes sempiterne deus. qui beatum confessorem tuum pontificem

alfequamur. p. dominū. Sec.

Sanctis altaribus dom
ne hostias supplicas
sanctus. N. abbas quesumus
ut salutem nob̄ prestare dign
ct. p. dominum. p̄t comū.

Protegat nos dominе
cum tua perceptione
sacramenta. beatus. N. abbas
pro nob̄ intercedendo. ut con
solationis eius experiamur ī
signia. p. dominū. epla si fue
rit doctor. Testificor coram do
mo. s. in commū unius o fess.
pontificis. epla. Dilectus deo
et hominibus. mc. s. in mūl
o fess. pontificis. epla. Dedit
dominus o fessionem sceto suo.
mc. s. in coīm unius of. pō
tificis. epla. Justus si morte po
cupatus fuerit. mc. s. in coīm
unius of. pontificis. epla. Be
nedictus dō et pat. mc. s. in
glia plurimorū aplōz. epla.
Spectaculum facti sumus. mc
s. in uig plīorū aplōrum. epla.
Sapientia laudabit aīam suā
mc. s. in coī unius of. pontifi
cis. gr. Domine preuenisti eū
in benedictionibus dulcedinis po

tuisti in capite eius coronā de lapi
de precioso. ℣. Vitam petijt a te et
tribuisti ei longitudinē dierum ī
seculū seculi. gr. Justus ut pal
ma florebit sicut cedrus libani
multiplicabitur in domo dom̄i.
℣. Ad annuntiandum mane mi
sericordiam tuam et ueritatē tu
am p noctē. gr. Os iusti medi
tabitur sapiētiam et lingua eius
loquetur iudicium. ℣. Lex dī eius
in corde ipius et nō supplantabū
tur gressus eius. Alleluya. ℣. Bs
uir qui suffert temptationē qm
cum probatus fuerit accipiet coro
nam uite. Allá. ℣. Bs uir qui ti
met dominum in mandatis eius
cupit nimis. Allá. ℣. Amauit eū
dominus et ornauit eum stolam
glorie uouit eum. Allá. ℣. Justus
germinabit sicut lilium et flore
bit in eternum ante dominū. Allá.
℣. Justus ut palma florebit sic
cedrus libani multiplicabitur.
Tractus. Beatus uir qui timet
dominum in mandatis eius uo
let nimis. ℣. Potens in terra erit se
men eius generatio rectorum benedice
tur. ℣. Gloria et diuitie in domo ei
et iustitia eius manet in sclm scli

euāgelium. Vos estis sāl tēre.
Re in communi unus of' pōtifi'
euangelium. Vigilate quia n
Re in cōi unus of' pontificis.
euangelium. Sint lumbi uri
ſcinti. Re in comū unus of'
pontificis. euāg'. Nemo accen
dit lucernam. Re in commun
unus of' pontificis. eu'g'. Noli
te timere pusillus grex. Re
in comum unus of' pontifics
euang'. Videte: vigilate ora
te. Re in comum unus of' pō
tificis. euang'. Homo quidam
nobilis. Re in comum unus
of' pontificis. eung'. Ecce nos
reliquimus omnia. Re in co
mum aplorum. offi'. Veritas
mea et misericordia mea cum ipo
et in nomine meo exaltabit' cor
nu eius. offi'. Immittite tua dominele
tabitur iustus et sup salutare tu
um exultabit uehementer delio
rum aie eius tribuisti ei. offer'.
Desiderium anime eius tribuisti
ei dñe et uoluntate labioꝝ eius
nō fraudasti cum posuisti in ca
pite eius coronā de lapide pciosō
cōm. Bts seruus quē cum uene
rit dominus inuenēit vigilātē

amē dico uob sup omnia bona sua
stituet eum. cōm. Amē dico uo
bis q' uos qui reliquistis omnia
et secuti estis me centuplum ac
cipietis et uitam etiam posside
bitis. cōm. Fidelis seruus et pud'
quem stituit dominus sup fa
miliam suam ut det illis itr tri
tica mensuram. In natali uir
gīnū. Introitus.

Letatus iustitiā
et odisti iniqui
tatem propterea
unxit te ds ds
tuus oleo leti
tie pre consortibus tuis. ps. Eruc
tauit cor meum uerbum bonum
dico ego opa mea regi. V. G. Introit'
Loquebar de testimonijs
tuis in spectu regum et
non confundebar et meditabor in ma
datis tuis que dilexi nimis. ps.
Bti immaculati in uia qui ambu
lant in lege dñi. V. Glia. Introit'
Me expectauerunt peccatores ut
perdēr' me testimonia tua
domine intellexi omnis consuma
tionis uidi finem latum mādā
tum tuum nimis. ps. Bti im
maculati in uia qui ābulāt in lege

Altum tuum depabit omnes diuites plebis adducentur regi uirgines post eam proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. ps. Eructauit cor meum ubu bonu dico ego opa mea regi. ℣. G. Introit.

Dignou domine quia equitas iudicia tua et in uentate tua humiliasti me confige timore tuo carnes meas a mandatis tuis no me repellas. ps. Bti immaculati in uia qui ambulant in lege dn̄i. ℣. Glori. ozo.

Deus qui nr̄e certa potentie tue miracula etiam in fragili uictori am martyrij tribuisti. accede propitius: ut qui bte n. natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. per.

Suscipe munera quesumus domine que in bte n. martyris tue sollemnitate deferimus. cui nos offerimus patrocinio liberari. per dominu. pt commu.

Auxilientur nob dne sumpta misteria: et intercedente bta n. martyre tua sempiterna faciant pro tectione gaudere p. Alia ozo.

Indulgentiam nobis quesumus dominе ut intercedente bta n. martyre tua: quę tibi grata semper extitit: et meito castitatis et tue professione uirtutis per. sec.

Hostias tibi dne beate n. martyris tue dicatas meritis benignus assume. et ad perpetuum nob tribue. p uenire subsidium. p. pt. com.

Diuum munens largitate saciati quesumꝰ dne deus nr̄: ut intercedente bta n. martyre tua: in eius semper participatione uiuamus. p. dominum. al' ozo.

Audi nos ds. salutaris nr̄: ut sic de bte n. festiuitate gaudemus. ita pie deuotionis erudiamur affectu. p. dominum nostrum. sec.

Accepta sit dne tibi plebis oblatio: pro tuorum honore sctorum: quorum se meritis prepisse de tribulatione agnoscit auxilium. per.

Sanctifica dómine pt. cōz
famulam tuam mu-
nibus sacris eius quesumus
semper intercessiōe nos refore
cuius sollemnia celebramus
per. Alia ozō si fuerint plures.
Omnib dómine quesu
mus deus mr sctarum
martyrum tuarū. n. q n. pal
mas inestimabili veneratiōe ue
neran: ut quas digna mente
non possumus celebrare: hū
libus saltem frequētemus ob
sequijs. per dominum. Secā
Intende dómine qs mr
nera altaribus tuis. p
sanctarum mātyrum tuarū
n. q n. cōmemoratiōe propo
sita: ut sic per hec bta mysteria
illis gr̄am otulisti: ita nobis
indulgentiam largiaris. per
Pra nob dñe q pt. cōm
sumus intercedētibus
sanctis tuis: ut que ore otin
gimus: pura mente capiam
per dominū. Tec libri sapiēcie
Domine deus meus i
exaltasti sup terrā ha
bitatiōem meam: et promor
te defluenti deprecata sum. In

vocatu dominum patrē dñm
meū: ut nō derelinquat me in
die tribulationis mee: et in
tp̄e superborum sine adiutorio.
Laudabo nomen tuum assidue
et collaudabo illud in confessio-
ne: et exaudita è oratio mea.
Liberasti me de pditiōe: et eri-
puisti me de tempore iniquo
